UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expositio Cavsarvm Quibus S. R. M. Sveciae bellum à Rege Regnoque Daniae sibi illatum, etiam post Pacem Roschildiae initam, continuare coacta fuit

Coyet, Peter Julius

[S.l.], 1658

Lit. II. Diploma Regis Friderici III. quo Constitutionem Christiani IV. jam laudatam, post Roschildiae initam pacem abolet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10534

Visual Library

Lit. H.H.

Alia Conſtitutio Chriſtiani IV. qua Wenenſes juxta Leges Sialandicas etiam in foro Scanenſi judicari vult.

NOs Chriſtianus Quartus, Dei gratia, Daniæ, Norvvegiæ, &c. Rex, &c. Notum hiſce reſtatumque facimus; Poſteaquam aliquo abhinc tempore ob viarum brevitatem & compendium permiſimus ac conceſſimus Incolis noſtræ Inſulæ Wenæ, ut in iis cauſis, in quibus ad ſuperiorem judicem ab inferiori ſuo judice, quem Bircicum vocant, appellaverint, judicium provinciale Scaniæ obire, & coram eo ſe ſiſtere debeant: id nullatenus in eum ſenſum exponi & intelligi volumus, quaſi Incolæ iſti ſæpe nominatæ Inſulæ Wenæ non etiam in poſterum glebæ adſcriptitii manſuri ſint, ſed quod non ſecus ac alii ejuſdem conditionis in provincia noſtra Sialandia, terræ ſuæ, in qua nati ſunt, itidem alligati, & in omnibus tam Eccleſiaſticis quam ſæcularibus cauſis juri Sialandico obnoxii eſſe teneantur. Cui beneplacito noſtro ſe quilibet incolarum Wenenſium certiſſimè & ſine omiſſione conformabit. Dabantur in Arce Noſtra Haffnienſi die 29. Jan. Anno 1647.

Chriſtian.

Sub Sigillo Noſtro.

Lit. II.

Diploma Regis Friderici III. quo Conſtitutionem Chriſtiani IV. jam laudatam, poſt Roſchildiæ initam pacem abolet.

NOs Fridericus Tertius, Dei gratia, Daniæ, Norvvegiæ, Wandalorum, Gothorumque Rex, &c. Notum hiſce facimus; Quandoquidem incolę Wenenſes ob certas quaſdam cauſas hactenus forum provinciale Scanicum ſecuti fuere, clementer nunc volumus ac jubemus, ut poſthac, quemadmodum etiam olim, judicium provinciale Sialandicum ſequantur, in omnibus iis cauſis atque litibus, quæ vel in judicio primę inſtantię in iſta Inſula jam pendent & inchoatę ſunt, vel à quibus in poſterum ad forum provinciale appellatum fuerit. In eum itaque finem injungimus & mandamus omnibus noſtris Judicibus Provincialibus, qui vel nunc juri dicundo ibidem pręſunt, vel futuris temporibus pręerunt, ut huic voluntati noſtrę ſe obſequentes prębeant, dictorum

rum Wenenſium lites dirimendas ſuſcipiant, & de iis, non ſecus ac aliorum Sialandicorum cauſis, pro juſtitia & ęquitate decernant ac ſententiam ferant. Cui pręcepto Wenenſes incolę & omnes pręterea alii, ad quos hęc ſpectant, ſine omiſſione, obſequentiſſimos ſe exhibebunt. Dabantur in Arce noſtra Haffnienſi, die 28. Februar. Anno 1658.

Friderich 3.

Sub Sigillo Noſtro.

Lit. KK.

Commiſſariorum Danicorum argumenta, Domino Legato Gallico & Domino Ablegato Anglicano tradita, quibus VVenam Sialandiæ partem eſſe palam facere Conabantur.

Que l'Isle de Hvven n'eſt point cedé à la Couronne de Svede appert.

1.

De ce qui a eſté negotié durant le dernier traitté de paix tant à Wordingbourg, Toſtrup, qu'à Roſchild, ou au commencement la d:Isle a eſté demandée & expreſſement nommée au Protocole du 12. Fevrier; mais omiſe en celuy du 18. & apres dans l'Iſtrument de la paix meſme.

2.

De ce que les Suedois n'ont commencée à pretendre la d:Isle, qu'apres que le terme de la ceſſion du pays de Skaane eſtoit expiré, & la poſſeſſion avec toutes les appertenances en eſtoit priſe d'eux, laiſſans à la Couronne de Dannemarc par ainſi alors la d:Isle, ſans aucune diſpute ou contradiction.

Que l'Isle de Hvven n'eſt pas vne appertenance de la Province de Sckaane eſt evident des arguments ſuivants:

1.

La Juriſdiction de la d:Isle tant ſpirituelle que temporelle a dependu cy devant, & depend encore de l'Isle de Selande, dont les Copies cy jointes des lettres patentes de feu Roy Chreſtien 4. de glorieuſe memoire ſervent de preuve ſuffiſante.

2.

Les habitans de la d:Isle parlent la meſme langue, & ont le meſme dialecte, que ceux de Selande.

Les

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN